



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118464**

§. 95. Ruverei Cardinalis mortuus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

excedere compulsus. Administravit Ec-  
clesias plures, primo Apamensem, mox <sup>Sæcul. XVI.</sup> A.C. 1520.  
Convenensem, demum vero Pampelonensem, ad quam urbem, Navarrici Regni  
caput, a Canonicis vocatus est; Ast ejus  
electioni Julius II. tam vehementer fese  
opposuit, ut non nisi regnante Leone X.  
pacificam Ecclesiae suæ possessionem ac-  
cipere posset: Tandem anno Christi mil-  
lesimo quingentesimo vigesimo die secun-  
da Septembbris in oppido Belgiojosio Va-  
satensis Diœcesis decessit, ibidem sepul-  
tus.

§. XCV.

*Mors Leonardi de Ruvere Cardinalis.*

Tertius hoc anno obiit Leonardus de  
Ruverre patria Savonensis, mater-  
no ex genere Sixti IV. Papæ Nepos. Hic  
ex Basilicæ Vaticanæ Canonico Episco-  
pus primo Agennensis, denique a Julio  
II. Presbyter Cardinalis SS. duodecim A-  
postolorum, necnon major Poenitentia-  
rius renunciatus est. Legatione fungeba-  
tur in Patrimonio S. Petri, id vero mu-  
neris tanta integritate, ac æquitatis am-  
re obibat, ut cum quidam ex suis cubi-  
culariis alias Cardinali gratissimus suppli-  
cem illi libellum porrigeret, in quo nego-  
tium quoddam proprium ejus fratrem con-  
cernens, minus tamen justum, illius fa-

Ciacon. in  
Jul. II p.

Ferdin. Ug-  
hel. in addit.

ad Ciacon.

**S**ecul. XVI. vori summopere commendabatur, Leon-A.C. 1520. ardus rem indignatus, cubicularium ter-vis oculis aspiciens, facesse, inquit, protinus e conspectu meo scelestè, qui tantum nefas mente concipere ausus sis, ut pluris esse apud me ponderis fratris affectum, quam justitiae studium suaderes; hominemque eo ipso temporis momento domo ejecit. Romæ mortem subiit Leonardus juxta quosdam prima Novembris, juxta alios vero vigesima septima Septembris die, & sepultus est in Ecclesia apud S. Mariam Magorem; cuius obitum pauperes diu multumque luxerunt.

### §. XCVI.

#### *Bernardi Tarlati Cardinalis fata.*

*Ciacen. in Leon. X.*

*Ant. Sando-val. in elog. Card.*

*Jacob. Nar-di & Scirio. Amirot. in hist. Fiorent.*

*Auberi. l. c. Eembo in ep. l. 7. 10. Eg 16. in hist.*

Quartus denique erat Bernardus Tar-latus, alias Bibienna de Unca seu Divitius cognominatus, Constantiæ in Normannia Episcopus. Referunt nonnulli Scriptores, quod is ex clarissima olim apud Aretinos Tarlatorum familia Bibiennæ ortum traxerit: verum ex quadam Leon-Garimb. l. 1. nis X. epistola comperimus, hunc obscu-ro genere natum nonnisi meritorum suffragio ad dignitatum apices evectum. Is annum agens ætatis decimum Florentiam missus est, ut literis institueretur, ubi tam luculenta eruditionis suæ specimina edidit, ut in Palatium ac familiam Lau-rentii